Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35425
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Confessionem inducit aliquando tri-
bulacio et afflictio cum homo tribu-
latur cogitat quod pro peccatis suis pu-
niatur et domino confitetur Ideo dicit
dominus per prophetam Multiplicate sunt infir-
mitates eorum postea acceleraverunt scilicet
ad confessionem Afflicti filij israel per
serpentes dixerunt Moysi peccavi-
mus quia locuti sumus contra te Num
21 Oppressi filij israel a philisteis
et filijs amon tunc confessi sunt di-
centes Peccavimus Judicum 10
Confiteri debent homines quantumcumque
iusti et se peccatores asserere et repu-
tare Exemplo Neemie dicentis
Ego et domus patris mei peccavimus
iniquitatem fecimus Dan 3 Orans
daniel qui erat vir perfectus dice-
bat confitendo peccavimus Dan
9 Sextus illorum fratrum qui pro deo
sustinebat martirium dixit nitio hec
patimur quia peccavimus 2 Mach 1
Confidenter Capitulum 29m
ter debent homines delinquen-
tes prohibere arguendo audientes
adhibere referendo insurgentes cohibere
fugiendo/vere gentes edocere disse-
rendo Indigentes se probare impetrando
obsequentes se exhibere parendo Con-
fidens debet esse homo ad arguendum
vicia et peccata Ideo confidenter arguit
moyses contra pharaonem Exo 11
Audacter et confidenter et districte
arguit nathan david de peccato
2 Reg 12 Helias confidenter repre-
hendit achab dicens non ego turbo
israel 3 Reg 18 Steffanus audacter
et confidenter arguit Judeos de
peccatis eorum dicit o duri cervice et
incircumcisi cordibus vos semper spiritui sancto
resistitis Act 7 Paulus potestate
proconsule elima magum acriter re-
prehendit lumineque privavit Act 13
Confidenter debet homo referre et
nunciare audientibus que annuncianda
sunt Ideo helias confidenter retulit
ocholie regi hec dicit dominus de
lectulo quem ascendisti non descendes
sed morieris 4 Reg 1 Heliseus
homo magne confidencie dixit ad
Joram regem quid mihi et tibi 4 Reg 19
Confidenter et audacter debet
homo pugnare pro iusticia et in
prelijs pusillanimes adiuvare et
animare Sicut ezechias confidenter
bellatores ad bellum confortabat
2 paralipomenon 32 Magne fuit
confidencie neemias qui ab inimi-
cis non potuit terreri Neemie 6
Judith fuit valde magnanimis
quando decapitabat holoferne Judith
10 Judas dixit socijs timentibus
multitudinem hostium absit ut fugia-
mus 1 Mach 9 Pugnante Jo-
natha fugierunt socij et videntes
eum fortiter preliari reversi iuncto
nata fuerunt 1 Mach 2 Con-
fidenter debet homo loqui et predi-
care publice veritatem nec timere
vel alia causa declinare ab eo Sicut
Mardocheus non declinavit a veritate